



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia**

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Quæstiones, Qvæ Dispvatæ Dicvntvr, & Quæstiones  
Quodlibetales, siue Placitorum eiusdem S. Thomæ

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Venetiis, 1593**

Vtrum sit peccatum mortale.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72780](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72780)

nationē appetitus, q̄ facit rōnē peccati. vnde vana gloria quocumq; modo sumatur, est peccatū: sed tamen tertio modo sumpta cōior est. Sic enim potest aliquis inaniter gloriari, tā de habitis quā de non habitis, & tam de spiritualib. bonis, quā etia de temporalibus.

AD PRIMVM ergo dicēdum, q̄ Dominus ibi mādat, quōd bona nostra faciamus alijs innotescere, ppter gloriam Dei. vnde subditur, vt videat opera vestra bona, & glorificet patrem vestrum qui in celis est. hoc autem non est inanis gloria.

AD SECVNDVM dicēdū, q̄ Apostolus mādat, ut bona corā hominibus prouideamus propter eorum utilitatē. Vnde subdit, si fieri potest quod e vobis est, cum omnibus hominibus pacem habentes, quæ etiam intētio vanitatem gloriæ excludit.

AD TERTIVM dicēdum, q̄ vnunquodq; perfectū naturaliter communicat se alijs s̄m quōd possibile est: hoc cōpetit unicuiq; rei ex imitatione primi perfecti. i. Dei, qui bonitatem suam communicat omnibus. Bonū autem alicuius communicatur alijs & quātum ad esse, & quantum ad cognitionem. vnde ad naturalem appetitum pertinet videri, q̄ aliquis bonum suum innotescere velit. si igitur hoc referatur ad debitum finem, erit virtutis: si autem non, erit vanitatis.

AD QVARTVM dicendum, q̄ cognoscere diuinā bonitatem, est ultimus finis rationalis creaturæ. In hoc enim beatitudo consistit. vnde gloria Dei nō est ad aliquid aliud referenda: sed proprium ipsius Dei est, ut gloria eius propter se ipsam queratur.

Nullius autem creaturæ bonū sua cognitione facit creaturam rationalem beatam, unde nulla creaturæ gloria est propter ipsam querenda, sed propter aliud.

AD QVINTVM dicēdū, q̄ pro premio promittit gloria non uana, sed vera, quæ in cognitione Dei consistit, & talis gloria nunquam est peccatum.

AD SEXTVM dicendum, quōd plures hominum ad bona spiritalia propter aliqua bona temporalia incitantur: non tamen propter hoc inordinata cupiditas bonorum temporalium vitio caret: ita etiam, & si plurimi propter gloriam uirtutis opera faciant, non tamen propter hoc inordinatus appetitus gloriæ vitio caret: quia virtutis opera non sunt propter gloriam facienda, sed magis propter bonum virtutis, uel potius propter Deum.

AD SEPTIMVM dicendum, q̄ sicut Salustius ibi subdit, boni nituntur ad gloriam uera uia, id est per virtutem: hoc autem non est inaniter appetere gloriam, sed ad eam inordinate conari.

AD OCTAVVM dicendum, q̄ iudicium bene optantium de aliquo, ita ad inanem gloriam pertinet, dum absque utilitate appetitur.

AD NONVM dicendum, q̄ gloria secundum q̄ est in his, qui cognoscunt bonum nostrū, est obiectū cupiditatis: & sic non est peccatum, potest enim & bene & male desiderari. Alio modo secundum quōd est in appetitu ipso. Et sic habet vanitatem & rationem peccati.

AD X. dicēdū, q̄ uera gloria & inanis gloria possunt esse in eodem: sed non secundum idem.

ARTICVLVS III. De inanis gloria sit peccatum mortale.

SECVNDVM queritur, utrum inanis gloria sit peccatum mortale. Et uidetur quōd sic. Nihil enim excludit æternā mercedem, nisi peccatū mortale: sed

inanis gloria excludit mercedē æternā. Dicitur. n. Matth. 6. Attēdite ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus, vt videamini ab eis: alioquin mercedem non habebitis apud patrem vestrum qui in celis est. ergo inanis gloria est peccatum mortale.

¶ 2 Præf. Chryso. ibidem dicit de inani gloria, quōd occulte ingreditur, & omnia, quæ intus sunt, miserabiliter aufert: sed nihil aufert interiora & spiritalia bona, nisi peccatum mortale. ergo inanis gloria est peccatum mortale.

¶ 3 Præf. Iob. 3. dicitur, Si vidi Solem cū fulgeret, & Lunam incedentē clare, & latatum est in abscondito cor meum, & osculatus sum manum meā ore meo, quæ est iniquitas maxima. quod Grego. exponit. 2.2. Moralium de inani gloria. ergo inanis gloria est maximum & mortale peccatum.

¶ 4 Præf. Hier. dicit quōd nihil est tam periculosum quantū gloriæ cupiditas, & iactantia vitium, & animus de conscientia virtutū tumens, sed illud quod est maxime periculosum, videtur esse mortale. ergo inanis gloria est peccatum mortale.

¶ 5 Præf. Omne vitium capitale est peccatum mortale: sed inanis gloria est vitium capitale. ergo inanis gloria est mortale peccatum.

¶ 6 Præf. Quicumq; surripit quod est Dei propriū, mortaliter peccat, multo magis quā qui furatur rem proximi. Sed quicumque appetit inanem gloriam, vsurpat sibi illud quod est proprium Dei. Dicitur enim Iſa. 42. Gloriam meam alteri non dabo. Et 1. ad Timo. vlt. Soli Deo honor & gloria, ergo uidetur quōd inanis gloria sit peccatum mortale.

¶ 7 Præf. Peccatum idolatriæ esse uidetur, ut gloriā Dei quis creaturæ attribuat, secundum illud Rom. 1. Mutauerunt gloriam, in corruptibilis Dei, in similitudinē imaginis corruptibilis hominis. sed ille qui appetit gloriam uidetur sibi optare quod Dei est, gloria enim proprie debetur Deo, ut supra dictum est. ergo inanis gloria est peccatum idolatriæ. Et sic sequitur, quōd sit peccatum mortale.

¶ 8 Præf. August. dicit. 5. de Ciuitate Dei, quōd contemnere gloriā magnæ virtutis est, sed magno bono contrariatur magnum malum. ergo appetere gloriam est magnum peccatum.

¶ 9 Præf. Inanis gloria querit hominibus placere, quia secundum Philo. gloria est quæ nullo consentiente nō festinaret ad esse: sed querere placere hominibus est peccatum mortale, quia excludit a seruitio Christi secundum illud Galat. 1. Si adhuc hominibus placerem, Christi seruus non essem. ergo inanis gloria est peccatum mortale.

¶ 10 Præf. Sicut forma dat speciem in rebus naturalibus, ita obiectum in moralibus: sed ea, quæ comunicant in vna forma naturali, non differunt specie. ergo in moralibus ea, quæ comunicant in uno obiecto, nō differunt specie. ueniale autem & mortale differunt specie, cum ergo inanis gloria nō habeat, nisi unum obiectum, uidetur quōd non possit esse quōd aliqua inanis gloria sit peccatum mortale, & aliqua peccatum ueniale. Sed manifestum est, quōd aliqua inanis gloria est peccatum mortale: ergo omnis inanis gloria est peccatum mortale.

SED CONTRA est, q̄ Matth. 10. super illud, Excute puluerem de pedibus vestris, Dicit glo. puluis est leuitas terrenæ cogitationis, a qua nec tantū doctores possunt esse immunes, dum intendunt quæ subditorum: sed illud, quod etiam tantū doctores uitare non possunt, est peccatum ueniale. ergo leuitas

Hom. 11. in Marc. in opere imperfe. q̄ iter primcipij & max. in tom. 1.

Lib. 23. moral. c. 8. & præcedent.

In lib. de 41. malis hominibus m. 41. in hac co. 3.

Art. præced.

Lib. 5. c. 19. non multum p. c. 1. a prim. tom. 5.

Glossa ordinaris.

tas terrenæ cogitationis, quæ maxime ad inanem F gloriam pertinet, est peccatum ueniale.

¶ 2. Prat. Chrys. dicit super Matt. quod cum cetera uitia locum habeant in seruis diaboli, inanis gloria locum habet etiã in seruis Christi: sed nullum peccatum mortale locum habet in seruis Christi, ergo inanis gloria non est peccatum mortale.

¶ 3. Prat. Peccatum oris & operis grauius est, quàm peccatum cordis: sed non omnis vanitas in factis uel uerbis est peccatum mortale. ergo nullo modo dicendum est, quod omnis uana gloria, quæ consistit in corde, sit peccatum mortale.

RESPON. Dicendum, quod huius questionis ueritas ex precedenti quaestione manifestari potest. Dicitur enim, quod uana gloria dicitur cum aliquis gloriatur aut de falso, aut de re temporali, aut cum aliquis gloriam suam non refert in debitum finem. Quatum ergo ad duo manifestum est, quod non omnis inanis gloria est peccatum mortale, nullus enim diceret eum peccare mortaliter, qui gloriatur de cantu asinans se bene cantare cum male cantet, nec eum qui gloriatur quod habeat equum bene currentem: sed circa tertium modum uanae gloriae, uel esse dubitatio maior: nam cum uanum sit, quod non refertur ad debitum finem, uidetur gloria hominis, uel non esse uana si referatur in Deum, uel esse peccatum mortale, si non referatur in Deum, sed in ea finis intentionis ponatur. iam enim aliquis creatura frueretur, quod non fit sine peccato mortali. Et ideo considerandum est, quod si aliquis actus non referatur in Deum sicut in finem, potest dupliciter contingere. Vno modo ex parte actus: scilicet eo quod ipse actus non est ordinatus in finem, & sic nullus actus inordinatus est referibilis in finem ultimum, siue sit peccatum mortale siue ueniale. Actus enim inordinatus non est conueniens medium, quo perueniatur ad finem bonum: sicut nec propositio falsa est conueniens medium quo perueniatur ad scientiam uerã. Alio modo contingit ex parte ipsius agentis: cuius scilicet mens non ordinatur actu, uel habitu in debitum finem. Ex hoc enim sequitur, quod actus a tali mente procedens, ordinetur in aliquid aliud, sicut in ultimum finem. Et tunc semper actus humanus, qui non refertur in Deum, sicut in finem, est peccatum mortale. Dico autem mentem hominis non ordinari in Deum actu uel habitu, quia contingit quandoque quod homo actu non ordinat aliquem actum in Deum: cum tamen actus ille de se non contineat aliquam inordinationem, ratione cuius non fit in Deum referibilis: & tamen, quia mens hominis est habitualiter relata in Deum, sicut in finem, actus ille non solum non est peccatum, sed etiam est actus meritorius. Sic ergo dicendum est, quod si gloria dicatur uana ex hoc, quod non refertur in Deum sicut in finem, propter hoc mens hominis de aliquo gloriantis non sit conuersa in Deum actu uel habitu, tunc semper inanis gloria est peccatum mortale. Sequitur enim, quod homo gloriatur de aliquo bono creato, non relato actu uel habitu in Deum sicut in finem. Si uero gloria dicatur uana ex hoc, quod non refertur in Deum sicut in finem: ex parte ipsius actus, quia non est referibilis in finem, propter hoc quod est inordinatus, sic non semper uana gloria est peccatum mortale: quia quilibet inordinatio gloriae facit gloriam non ordinabilem in Deum. puta, cum aliquis gloriatur de eo, de quo non debet gloriari, uel ultra quod debet, uel pratermissa alia

Loco citato in arg. 2.

12. q. 132. Art. p. pced.

circumstantia debita: cum tamen non sequatur peccatum mortale ex hoc, quod quilibet debita circumstantia remittitur: sed solum quod actus inordinatus est contra legem Dei. Sic ergo dicendum est, quod non semper peccatum inanis gloriae est peccatum mortale.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod Dominum requiritur quando homo opera inlicita refert ad humanam gloriam: sicut ad ultimum finem. Tunc uana gloria est peccatum mortale, & totaliter excludit a mercede aeterna. Potest tamen dici, quod uana gloria etiam quando est peccatum ueniale excludit a mercede aeterna, non quidem simpliciter, sed ratione alicuius actus determinati, in quantum facit quod ille actus, qui ex inani gloria procedit, non est remunerabilis mercede aeterna, sicut de ueniale peccatum non est remunerabile mercede aeterna: tamen inanis gloria, quæ est ueniale peccatum, excludit hominem simpliciter a mercede uite aeternae.

AD SECUNDUM dicendum, quod dupliciter inanis gloria interiora hominis auferit. Vno modo quantum ad actus exteriorum uirtutum, non enim meretur premium uite aeternae, si eos propter inanis gloriam faciat, etiam si inanis gloria sit peccatum ueniale. Alio modo, quantum ad interiores habitus: prout. scilicet hominem in interioribus uirtutibus. Sed hoc non facit inanis gloria nisi secundum quod est mortale peccatum.

AD TERTIUM dicendum, quod illa procedit de inani gloria, secundum quod homo de bonis suis gloriatur in seipso, nullo modo ea referendo in Deum, uel ad alium habitum, prout est peccatum mortale.

AD QUARTUM dicendum, quod illud est peccatum mortale, quod de facili inducit aliquem ad peccandum inanis autem gloria inducit de facili ad peccandum, quantum facit ipsum de seipso considerare. ueniale esse periculosissimum peccatum, non tam propter uirtutem sui, quam propter hoc quod est dispositio ad grauius peccandum.

AD QUINTUM dicendum, quod non est affirmatum, quod omnia peccata, quæ dicuntur capitalia, sint ex parte suo peccata mortalia: alioquin sequeretur, quod peccatum gulae & irae esset peccatum mortale, quod pater esse falsum. unde neque oportet, quod omnis inanis gloria sit peccatum mortale: licet inanis gloria sit uirtutum capitale. sed quia uirtutum capitale est in alia peccata oriuntur, siue sint uenialia, siue mortalia, dici potest quod omne peccatum quod est capitale est mortale: si tamen capitale peccatum accipitur secundum quod unum peccatum oritur ex alio ordinatum in finem illius. Manifestum enim est, quod cumque in tantum afficitur aliquo peccato, non enim illius consequendum peccare uelit mortale, quod etiam in primo peccato mortaliter peccat, si aliquis in tantum afficitur ad delectationem, quod propter hoc uelit mortaliter peccare, ipsa delectatio erit ei peccatum mortale. & sic etiam inanis gloria peccatum mortale est, quando aliquis propter inanis gloriam aliud peccatum mortale committit.

AD SEXTUM dicendum, quod sicut in regno aliter debet honor & gloria Regi, aliter Duci uel Militari in uniuersitate rerum aliqua gloria & honor debet. quod cum aliquis sibi usurpare uellet, appeteret sibi quod est Dei. Sicut et si miles in aliquo regno appeteret gloriam quæ Regi debet, ex hoc ipse regni dignitatem exoptaret: non autem omnes qui in gloria concupiscunt, appetunt honorem & gloriam soli Deo: sed quæ debetur homini pro aliquo

lentiam. In hoc tñ contra Deum peccat quandoq; q non refertur huiusmodi gloriam ad debitum finem. Et sic licet non usurpent sibi gloria Dei secundum substantiam, usurpant tamen gloriam Dei quantum ad modum habendi. Soli enim Deo cõpetit, vt eius gloria in alium finem non referatur.

AD SEPTIMUM dicendum, q quicumq; vsurparet sibi diuinitatis gloria, & honorem, esset vere idolatra, sicut multi tyranni fecisse leguntur: non autem omnes, qui inanis gloriatur, vsurpant hoc modo diuinam gloriam, vnde non omnes sunt idolatrae.

AD OCTAVVM dicendum, q vitare minora peccata est abundantior virtutis, vt patet per id quod Dominus dicit Mar. 5. abundantior est iustitiam esse, q vitare non solum homicidium, sed etiam iram, qua sit iustitia veteris legis, qua prohibet homicidium, vnde per hoc, q contemnere inanis gloriam est magna virtutis, non potest concludi, quod inanis gloria sit graue peccatum.

AD NONVM dicendum, q placere hoibus potest & bene, & male desiderari. Si quis n. velit hoibus placere, ut eos in bono edificare possit, hoc est virtuosum & laudabile. vnde & Apostolus dicit primo ad Corin. 10. Vnusquisq; proximo suo placeat in bonum ad edificationem: sicut ego per omnia oia. placeo, velle autem placere hoibus pp. solam gloriam mundanam, est peccatum inanis gloriae: quandoq. quidẽ mortale, cu. saliquis finem in fauore humano constituit, diligens humanum fauorem, plus qua obsecratiua mandatoru Dei. Et fm hoc excludit a Dei seruitio. Quandoque vero est peccatum veniale, qñ aliquis inordinate, fauore hominu delectatur: non tamen contra Deum, sed sub Deo.

AD X. dicendũ, q in moralib. obiectũ constituit speciem, non fm id quod est materiale in ipso: sed fm formale rñem obiecti. Differt autem obiectũ inanis gloriae, prout est veniale & mortale peccatũ fm rñem formalem obiecti, id est secundum differentiam finis, & eius quod est ad finem. Nam peccatum mortale est, quando finis in humana gloria constituitur: veniale autem, quando non constituitur in ea finis.

ARTICVLVS III.

Quæritur de filiabus inanis gloriae, quæ sunt inobedientia, & iactantia &c.

TERCIO queritur de filiabus inanis gloriae, quæ sunt inobedientia, iactantia, hypocrisis, contentio, pertinacia, discordia, nouitatum præsumptio. Et ut q inconuenienter assignentur. hæc enim omnia videntur ad superbiam pertinere, cuius filia est & ipsa inanis gloria. ergo huiusmodi vitia, non debent poni filiar inanis gloriae: sed simul cum inani gloria debent poni filiar superbiae.

¶ 1. Præ. Generale peccatũ nõ dẽt derivari ex alio peccato: sed inobediẽtia est gñale peccatũ dicit. n. Ambr. q peccatũ est transgressio legis & caelestium inobediẽtia madoru. ergo inobediẽtia nõ debet poni filia inanis gloriae. Itẽ iactantia est tertia spẽs superbiae, ut ex supradictis patet. Si ergo iactantia sit filia inanis gloriae sequetur, q superbia sit filia inanis gloriae, qd patet esse falsum, cum superbia sit mater omniu peccatorum, ut Greg. dicit 31. Moralium. ¶ 3. Præ. Contentiones & discordie vidẽtur ex ira maxime provenire: sed ira est capitale vitium contra inanis gloriam distinctum. ergo discordia & contentio non debent poni filie inanis gloriae.

SED IN CONTRARIVM est auctoritas Gre-

gorij qui. 3. 1. Mor. has filias inanis gloriae assignat.

RESPON. Dicendum, q fm eandem rñem aliquod vitium dicitur esse caput & mater: in quantum, scilicet vitia ex se oriuntur ordinata ad finẽ eius. hoc enim competit & rñi capitis, fm q caput habet vim regitiam respectu eorum, q sunt sub capite, ois autẽ regimini rñ a fine sumitur: competit & rñi matris. Nã mater est, qua in seipsa concipit. vnde illud vitium dicitur esse aliorum mater, quod procedit ex conceptione proprii finis. Sic ergo cum proprius finis inanis gloriae sit manifestatio propriae excellentiae, filiae inanis gloriae dicuntur illa vitia, per quæ homo ad manifestationem propriae excellentiae tendit. p. priam autem excellentiam homo potest manifestare dupliciter, vno modo directe: & alio modo indirecte. Directe quidẽ: aut per verba, & sic est iactantia; aut per facta vera, q habent aliquam admirationem, & sic est præsumptio nouitatum (ca enim quæ de no uo fiunt, solent magis in admiratione hominũ esse) aut per facta ficta, & sic est hypocrisis. In directe autem aliquis suam excellentiam manifestat, per hoc quod nititur ostendere se non esse ab alio minoratum, & hoc quantum ad quatuor. Primo quidem quantum ad intellectum, & sic est pertinacia, per quã homo innititur suæ sententiae, nolens credere sententiae saniori. Secundo quantum ad uoluntatem, & sic est discordia: dum non concordat homo propria uoluntatem uoluntati meliorum. Tertio quantum ad uerbum, & sic est contentio: dum aliquis non uult uerbis ab alio superari. Quarto quantum ad factum, dum aliquis non uult facta sua præcepto superioris subijcere: & sic est inobediẽtia.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod a superbia, sicut supra dictum est, ponitur generaliter mater omnium uitiorum: & sub ipsa ponuntur septem uitia capitalia, inter quæ inanis gloria est maxime ei affinis, quia excellentiam quam superbia appetit, inanis gloria manifestare intendit, & ex ipsa manifestatione quandam excellentiam querit. Et ideo per consequens omnes filiae inanis gloriae, affinitatem cum superbia habent.

AD SECVNDVM dicendum, quod inobediẽtia ponitur filia inanis gloriae, prout est speciale peccatũ. Sic enim nihil aliud est inobediẽtia, quam contemptus præcepti. Inobediẽtia uero secundum quod est peccatum generale, significat absolutum contemptum a mandatis Dei. Quod quandoque fit, non ex contemptu: sed ex infirmitate uel ignorantia, ut Aug. dicit in libro de Natura & gratia.

AD TERTIVM dicendum, quod iactantia ponitur esse species superbiae, quantum ad interiorem affectum, quo aliquis excellentiam appetit ultra suam mensuram, ut supra dictum est: sed quantum ad actum exterioriorem, quo aliquis manifestat excellentiam suam uerbis, pertinet ad inanis gloriam.

AD QVARTVM dicendum, quod ex ira numquam causatur contentio & discordia: nisi cum adiunctione inanis gloriae, dum aliquis non uult uideri minor in hoc, quod uoluntatem suam ad alterius uoluntatem reducat: uel quod uerba sua minus ualida, quam uerba alterius uideantur.

QVAESTIO X.

De inuidia.

In tres articulos diuisa.

¶ Primò Enim queritur, Vtrum inuidia sit peccatũ.

¶ Secundo, Vtrum inuidia sit peccatum mortale.

¶ Tertio, Vtrum inuidia sit uitium capitale.

ARTI-